

Appendix 7. Beginning of the dedication of the *Caeremoniale Episcoporum*, 1600

*Caeremoniale Episcoporum, iussu Clementis VIII. Pont. Max... Romae, Ex Typographia
linguarum externarum, Anni Iubilæi MDC Mense Octobris; facs. ed. as Caeremoniale
Episcoporum: Editio Princeps (1600)*, ed. Manlio Sodi and Achille Maria Triacca (Vatican City:
Libreria Editrice Vaticana, 2000), 3.

(Related article text: par. 18.1)

Clemens Papa VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cum novissimè Pontificale antea mendo sum & corruptum à piis & eruditis viris emendari, & restitui & demum ad Episcoporum, & aliorum ecclesiarum Praelatorum communem usum, & commoditatem divulgari, & in universalis Ecclesia ab omnibus observari mandaverimus; opere pretium visum fuit Caeremoniale Episcoporum omnibus Ecclesiis, praecipue autem Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis per utile, ac necessarium, in quo ritus & caeremonie celebrandi Missas, Vesperas, & alia Divina officia, ac in aliis Ecclesiae functionibus, & actibus, ab eisdem Episcopis, ac alijs Praelatis inferioribus in eisdem observandae, ac modus etiam praecedendi tam inter personas ipsas Ecclesiasticas, quam etiam inter eas, & laicos similiter servandas continentur, quodq. pridem multis mendis repersum fuerat, similiter reformari, & restitui curaremus. Ea propter id ipsum Caeremoniale Episcoporum, à nonnullis piis, ac eruditis, in hisq. sacris ritibus, & Caeremoniis apprimè versatis viris examinari, corrigi, & in optimum, ipsiq. Pontificali reformato maximè congruentem formam redigi mandauimus. Quod opus cum ea, qua decuit fide, & diligentia iam absolutum fuisse accepimus.